

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Disputationum Philopficarum Sexta, continens Regula V. circa doctrinam
Causae et Causati Respondente publice Johanne Heinrico Blendinger
Noriberg

urn:nbn:de:bsz:31-102400

An non potest ex merâ arbitrii libertate pictor se determinare ad diversas secum concipiendum ideas, ut diversas intuitu earum effingat picturas? Sed plura de hisce alibi.

XIII. Quod si quis statuerit, non planè nulum propositionis nostræ esse usum in causis liberis, quantum ad ea, quæ ad mores pertinent, quod is v. g. qui ex habitu peccat semper peccet, nisi materia peccandi deficiat, nec vel in ipsò, vel extra ipsum reperiat, propter quod continere se se cogatur, cum eò iam non litigabimus.

REGULA VI.

Idem est causa contrariorum.

Constitueramus & hujus Regulae explanationem hoc loco proponere, sed angustia chartæ exclusi in proximam aut aliam quòdam sequentium Disputationum eam rejiciemus.

Disputationum Philosophicarum

SEXTA,

continens

REGULAS V.

circa doctrinam

CAUSÆ ET CAUSATI

RESPONDENTE

publicè

JOHANNE HEINRICO Blendinger/

Noriberg.

RE-

Pr
E
ri
or
ge
constat
gnum il
veri inc
causa ef
I. q. XX
Fili affe
liis discu
tiam exp
V. Meta
niversal
lam dicit
citur &
II. Ve
bis Philo
ait, causa
tur princ
causam
expresse
verbis: *natura. o*
principiu
III. L

REGULA I.

Principium latius patet, quàm causa

ESt enim omnis causa principium, sicut & Aristoteles *cap. II. L. V. Metaph.* ait. Sed non omne principium est causa. Nam privatio generationis principium est, ut ex *I. Phys.* constat, non causa. Primum punctum lineæ, signum illud longitudinis seu viæ, ex quo quis moveri incipit, itineris, aurora diei principium, non causa est. Theologi Latini, ut testatur Thomas *P. I. q. XXXIII, art. I.* Patrem in divinis principium Filii asserunt, causam esse negant. Quod nos alii discutiendum jam relinquimus. Hanc sententiam expressè legimus apud Averroëm. Ita enim, *V. Metaph. comm. 4.* *Causa, inquit, est minus universalis, quàm sit principium, quoniam causa solam dicitur de quatuor causis: at principium dicitur & de causis & de motus initio.*

II. Verùm hinc se offerunt difficultates ex verbis Philosophi. Nam in modò *cit. cap. L. V. Met.* ait, causam totidem modis dici, quot modis dicitur principium. Significat ergò, principium & causam æquè latèpatere, ac converti. Quod & expressè jam ante docuerat *IV. Met. c. II. t. 3.* his verbis: *Jam verò ens & unum, idem sunt & una natura, quod motuò se sequantur, quemadmodum principium & causa.*

III. Loca hæc plurimùm Interpretes torserunt.

runt. Viri Doctissimi respondent, nomen causæ aliquando latè & improprie accipi, aliquando strictius & proprie. Latè sumit Aristoteles XII. *Met. t. 12.* privationem causam appellans. Imò aliquando causa ipsi communius quid est & latius, angustius autem principium, quod constat ex *lib. V. de generat. animal. c. VII.* ubi ait: *Hoc est principium esse, ut ipsum quidem sit causa multorum, sed ipsius nulla sit superior causa.* Juxta hunc locum omne principium est causa, quia per causam in re cõ definitur, non tamen omnis causa est principium, quia causæ secundæ non sunt principia, quod ipsarum superior aliqua est causa. Quò pertinet, quod *t. 9. L. III. de anima,* dicit, *semper id, quod efficit, præstabilius esse patiente, & principium materia.* Ubi patet, significationem principii tam angustam esse, ut cum agente retrò currat, vel saltem ita restrictam, ut materiam non comprehendat. Respondetur igitur, Aristotelem in duobus *thesi præced.* citatis locis, vocem principii accipere in significato communi & latiori.

IV. Quam responsionem *testui L. IV. Metaph.* omninò satisfacere censemus: loco autem *c. I. L. V. Met.* adhiberi commodè posse non videtur, quòd id ratio à Philosophò ibi assignata permittere non videatur, quemadmodum patebit ex *S. VII.*

V. Visum est adducere explicationem hujus loci, quam Gabriel Vatzquetz *Parte II. Tomò II. dist.*

dist. C.
non est
diantur
cipium
dicatur
citur ca
in text
lam de
tibus e
ισουχων

VI.

Primò
quod l
modis
tis est
sapè.
onis e
quém
stantu
bent r
quia p
comp
vel eq
dem m
vel eq
um.

VI.

optim
bis, de

disp. CXXXIX. ex Alex. Alensi affert, & dicit, ibi non esse illū sensum, quōd causæ totidem modis dicantur, quot principium; sed hunc, quōd principium præter illos modos, quos ipsi assignavit, dicatur iisdem vel tot modis, quibus vel quot dicitur causa, quos *cap. seq.* proponit. Ait autem, in textu Aristotelis esse subintelligendam voculam *δέχῃ*, principium, quam in verbis præcedentibus expresserat. Verba Aristotelis hæc sunt: *ισαχῶς δὲ καὶ τὰ αἴτια λέγεται* (supple) *ἡ δέχῃ*.

VI. Hanc verò interpretationem ita deducit. Primum videm particula *ισαχῶς* significat idem quod latine *æque*, vel ut alii reddiderunt, *totidem modis*, vel *toties*. Deinde particula *δέ* continuantis est, & significat idem, quod *porro*, sicut alii sapè. At particula *καὶ*, quæ vim habet conjunctionis copulantis, hæc debet in aliò sensu accipi, quæ interim habet, ut periti linguæ Græcæ testantur, pro *perinde atque*, vel pro *atque* quæ habent rationem comparantis, & hoc præsertim, quia præcedit particula *ισαχῶς*, quæ significat comparationem, nempe *totidem modis* vel *toties*, vel *æque*. Non ergò sic transferre debemus: *totidem modis autem & causa dicuntur* sed ita: *toties, vel æque porro ac causa, dicitur* (supple) *principium*.

VII. Atque secundum hanc explicationem optimè constat ratio Aristotelis, quam istis verbis, de quibus controversia est, immediatè sub-

licit. Ait enim: *ἰσχυρὸς ἦ καὶ τὰ αἴτια λέγεται. πάντα γὰρ τὰ αἴτια δεχάι.* Quæ ratio non iam quadrare videtur ad expositionem S. V. traditam; licet aliàs eam non contemnamus. Quæ enim consequentia: Omnes causæ sunt principia. E. tot modis dicitur causa, quot principium; cum, quamvis substantia sit ens, non tamen tot modis substantia dicatur, quot ens. Quod si Aristoteles rationem suam ita formâisset; *causa utidem modis dicitur, quibus principium*, quia causa & principium sunt idem, aliquid concluderetur. Argumentatio: Causa est principium. E. principium præter modos, qui ipsi sunt assignati, licitur etiam tot modis, quot causas satis est congrua.

REGULA II.

Omnis causa agit.

I. Visum est in nostris huc disputacionibus de iis quoque agere, quæ pro Regulis sive Canonibus Philosophicis ab aliis habentur, cum reverrà non sine, in quibus numeramus præsentem propositionem, quam necessariæ veritatis principium esse, nonnulli sibi persuaserunt: Hinc respondententes ad hunc syllogismum, *Omnis causa agit. Materia non agit. Ergo. Materia non est causa*, concessã majorem, negant minorem, nec verentur asserere, materiã quoq; agere. Utuntur autem autoritate Scaligeri, qui *Exerc. CCCVII. Sect. XXVII. lib. II. de plaur. p. 292.* dicit: *Materiã hoc agere, ut forma existat, neq; dignã esse inter causas recenseri, si tantum patiatur.*

II.

II. Y
ristotele
modos
genera,
vδμωα,
non am
operatu

III. N
tes conc
statur P
corr. t. 5
quatenum
II t. 53.
Dan. 10
ria est p
re alteri

IV. II
re alicui
numero
do, vel ce
jus est for
atè exhib
entitatem
exemplò.
aqua non
in sese ha
cit. Calo
calidæ, er
cendo no

II. Huic sententiæ videtur quoque favere Aristoteles qui II. Phys. c. III & V. Met. c. II. inter modos τῶν αἰτιῶν, complectendō omnia eorum genera, etiam hos proponit, quod vel sint ὡς οὐρανὸν κινεῖ, vel ὡς ἐνεργεῖν τε. Omnis ergo causa, quæ non ampliùs est δυναμει causa, ἐνεργεῖ, hoc est, operatur sive agit.

III. Nos pro explicatione rei ponimus sequentes conclusiones. I. *Materia non agit* Quod testatur Philosophus, quando lib I. de generat. & corr. t. 55. ait: ἢ ὕλη, ἢ ὕλη, πᾶσι πᾶσιν, materia quatenus materia, est principium passivum: & I. II t. 53. τῆς μὲν γὰρ ὕλης τὸ πάσχειν δεῖ καὶ τὸ κινεῖσθαι. τὸ δὲ κινεῖν ἔτερας δυναμειως. *Materie est pati atque moveri: movere autem ἔτερας, re alterius potentie.*

IV. II. *Forma non agit.* Agere namque est dare alicui esse, non seipsum, aut propriam suam, sed numero saltem diversam entitatem ipsi exhibendo, vel communicando. At forma dat esse rei, cuius est forma, per se ipsam, vel quia ipsa immediate exhibetur materiæ, non producendo aliam entitatem. B. forma non agit. Illustrabimus rem exemplō. Ignis facit aquam calidam agendo, quia aqua non communicat illum ipsum calorem, quem in sese habet, sed alium calorem in aqua producit. Calor productus ab igne, qui forma est aquæ calidæ, etiam facit aquam calidam, non producendo novum calorem in illa aqua, sed quia ipse

immediatè aquæ inhaeret. Vide Fonssecam *V. Met.*
s. II. q. V. s. II. Zabarellam de mente agente c. III.

V. Dicis; Anima agit, Anima est forma. E.
 quædam forma agit. Major patet, quia anima
 est principium activum, quò moventur membra
 corporis, & summum bonum est operatio sive a.
 ctio animæ rationalis.

VI. Respondemus breviter, sermonem hîc es.
 se de formâ, ut est forma sive causa formalis. At
 anima respectu motus membrorum & operati.
 onis secundum virtutem, in quâ summum bonum
 consistit, non est causa formalis, sed efficiens.

VII. III. *Finis non agit.* Loquimur de eò, quod
 propriè agere dicitur. At, ut omnes fatentur, et.
 iam ti, quibus cum nobis res est, finis metaphori.
 cè tantum agit, id que in *cit. t. 55. L. I. de gen. &*
corr. expressè scribit Aristoteles his verbis? *Cujus*
gratiâ cætera fiunt, (quibus verbis finem descri.
 bit) *activum non est. Quapropter sanitas* (tan.
 quàm finis) *non est activa, nisi per metaphoram.*

IX. Sed proponemus argumentum generali.
 us, quod directè contradicat illi propositioni: *O.*
mnis causa agit. Si omnis causa agit, omnis cau.
 sa est efficiens, atque ita unum tantùm erit genu.
 s causarum, neque dabuntur tria distincta à causâ
 efficiente causarum genera. Consequentiam pro.
 bo, quia, quicquid agit, est agens, sicut, quicquid
 ambulat, est ambulans, &, quicquid videt, est vi.
 dens, &c. Sed omne agens est causa efficiens, id
 quod ipse etiam Timplerus, cui plurimum tribu.

ubi

unt illi
 L. III. M

IX. C
 agere, n
 his gene
 hendere
 farum p
 generun
 sanctè o

X) C
 agit. Ca
 cessum
 caloris
 faciat a
 arius est
 quod in
 quò, &
 solam c
 efficien
 nec fini
 genera
 tur, seq

XI.
 dum es
 forma v
 ut anin
 facultat
 ctionen
 tantiam

XII.

unt illi, quæ negotium modò nobis faceffunt, ,
L. III. Met. c. II q. V. proficetur.

IX. Quæ ratio etiam probat, nec materiam agere, nec formam, nec finem, quia, si unum ex his generibus caufarum ageret, hoc ipfo comprehenderetur sub causâ efficiente, neq; genus caufarum peculiare constitueret, & sic quaternarius generum caufarum numerus periret, quem tamen sanctè omnes custodiendum censent.

X) Conclusio IV. *Omnis & sola causa efficiens agit.* Causam efficientem agere ab omnibus concessum est. Et patet, quia ignis est causa efficiens caloris in aquâ ipsi admotâ, per hoc, quòd calefaciat aquam: calefacere autem est agere. Statuarius est causa efficiens statuæ, & quidem hoc ipsò quòd in materiam agendo statuam facit, &c. Ex quò, & conclusionibus præcedentibus, sequitur, solam causam efficientem agere. Si enim causa efficiens agit, agit autem nec materia, nec forma, nec finis, neque præter caufarum quatuor isthæc genera datur aliud, ut jam supponitur & conceditur, sequitur certè, solam causam efficientem agere.

XI. Verùm illud fortassis non peræquè liquidum est, an omnis causa efficiens agat? Nam I. forma vel essentia rei propriorum accidentium, ut anima humana intellectus & aliarum suarum facultatum, causa efficiens est, non per veram actionem; sed per emanationem tantum & resultantiam, sicuti loquuntur.

XII. II. Gubernator obortâ tempestate do-

miens, aut aliàs ea negligens, quæ necessaria sunt ad conservationem navis, est causa efficiens naufragii per Aristotelem *lib. II. Physic. III. & V. Meteor. c. II.* Non autem est causa efficiens agendò, sed potius non agendò.

XIII. III. Causa efficiens habituù sunt crebræ actiones: at illæ non agunt, cùm actionis nulla sit actio.

XIV. *Timplerus Lib. III. Metaph. q. XLV.* disputat, omne quidem agens esse causam efficientem; sed non omne efficientem causam agere, vel esse agens. Putat enim substantiarum tantùm esse agere, accidentia efficere quidem aliquid, sed non agere. Sed annon calor ignis agit in aquam? Annon calor congregat homogœna, segregat heterogœna? *I. de gen. & corr. text. 9.* Congregare autem & segregare annon est agere? Et quid decantatius est in Philosophiâ Peripateticâ, quàm qualitatum primarum activas alias esse, alias passivas *ex prin. IV. Meteor.* Alia jam non addimus.

XV. Ad argumentum §. XI. respondeo, propria, quæ statuuntur à subjectò aut ejus formâ per emanationem aut resultantiam prodire, sæpè non realiter, sed solâ ratione & conceptu intellectûs nostri ab iis, à quibus fluere dicuntur, distingui, quemadmodum aptitudo occupandi locum rebus competit ratione quantitatis, sicut *ex 76. Lib. IV. phys.* apparet, & tres angulos æquales

les duob
anguli: a
affectio
non nisi
quis igno
alii non
facultate
psâ. Quas
tur causa
versatur
nô fiat ni
di modum
rius, cùm
sa, requir
stinguant

XVI.

disp. Meta
de animâ
sive resul
actionem
Soncinas
q. VI. s. V
censes ibi
que istoru
vellit, qui
priorum
psum gen
subjectum
tanquã te

les duobus rectis habere, est propria affectio trianguli: aptitudinem tamen illam à quantitate, & affectionem istam trianguli ab ipsò triangulò non nisi conceptu mentis differre credimus. Et quis ignorat, de sententiâ Nominalium, quam & alii non pauci, iique eruditissimi viri sequuntur, facultates animæ ab ipsa animâ non differre reipsâ. Quantum ad hæc, instantia de iis, quæ dicuntur causæ efficientes per emanationem, non aduersatur nostræ conclusioni, cum ista emanatio nõ fiat nisi per imperfectum nostrum cognoscendi modum, neque reipsâ hîc unum sit causa alterius, cum ad hoc; ut unum reverâ sit alterius causa, requiratur, ut citra conceptum intellectûs distinguantur.

XVI. Quod alias effectiones attinet, Suarez disp. Metaph. XIX. § III. quem sequitur Ruyio II. *de animâ tract. de pot. an. q. XI.* emanationem sive resultantiam illam veram & propriè dictam actionem esse asserit. Alii autem, inter quos sunt Soncinas IX. *Met. q. VIII.* Fonseca V. *Met. c. II. q. VI. § V.* Toletus II *de animâ q. IX.* Conimbrienses *ibid. c. III. q. III. a. III.* id negant. Sed neque istorum sententia nostram asseritionem convellit, quia secundum eos vera causa efficiens priorum accidentium, non rei essentia est, sed ipsum generans, quod per veram actionem ipsum subjectum, & mediante eò proprium accidens, tanquã terminum secundarium, necessario produ-

ἡρεμία ἐν πλήθει ἀέρος. ὕλη μὲν ὁ ἀήρ, ἐνέργεια δὲ
 καὶ ἡρεμία. *Quid est serenitas aeris? Quies*
in multitudine aeris, materia quidem est aer, ἐνέρ-
γεια verò ἡ substantia est quies. Luculentissimum
 tanè testimonium. Nam ἡρεμία, quæ hîc ἐνέργεια
 dicitur, non importat suò significatu actionem,
 non motionem, cum potius sit privatio motio-
 nis: neq; νημερίας essentia, quæ dicitur esse ἡρεμία,
 consistit in actione, sed ut & ipsum nomen osten-
 dit, & res ipsa est evidentissima, in negatione vel
 absentia ventorum. Ita & IX. *Phys. cap. IV. t.*
32. ἐνέργεια δὲ τῆς κέφαλῆς τὸ πρὸ εἶναι καὶ ἄνω, id est,
ἐνέργεια ejus, quod est leve, est alicubi esse, & in loco
superò. At in loco supero esse potest, ut nihil a-
 gat. Quod autem de nomine ἐνέργεια diximus, id
 & de verbo ἐνεργεῖν observandum est, quod inter-
 dum apud Aristotelem non significat agere vel o-
 perari, sed actu aut reverâ esse, quod vel ex IX.
Met. c. III. perspicitur, ubi refellens sententiam
 Megarensium, qui dicebant, actum & potentiam
 esse idem, & tunc solum aliquem, cum actum ha-
 bet, habere potentiam ad illum actum, cum autè
 actum non habet, neq; potentiam ad eum habere,
 (ὅταν ἐνεργεῖ, μόνον δύνασθαι, ὅταν δὲ μὴ ἐνεργεῖται
 δύνασθαι) inter alia ad id eos ducit absurdum:
 quòd, si illa sententia vera esset, sequeretur eum,
 qui sedet, semper sedere, neque unquam fore, ut
 stet, quod hâc ratione, qui ἐνεργεῖ in sedendo,
 ut Alexander ibi loquitur, id est, actu se-
 det, non haberet potentiam standi; sed tan-

ταύτην

tum sedendi: nunquam ergo stabit. Itaque eò loco ἐνεργεῖν in sedendō non significat actionem, sed idem est, quod reverā sedere, quemadmodum ἐνέργεια, ut patet ex IX. *Metaph. t. 16.* licet actionem vel operationem denotet, ejus usus tamen extensus est ita, ut tam latè pateat, quàm vox ἐπιλέχεια, idemque cum eâ significet, nempe id, quò aliquid reverā est. Vide plura apud doctiss. Monlorium in libellō de entelechiâ, ubi simul locum s. i. citatum explicat, & egregiè superiùs propositam à nobis doctrinam de actione causarum confirmat.

XX. *Aristoteles* (ait) *tum II. Phys. c. III. tum V. Met. c. II.* ubi tradit varios modos & rationes causarum, inter eos hos quoq; adfert: τὰ μὲν ὡς δυνάμει λέγεται, τὰ δὲ ὡς ἐνεργεῖν, id est, alie cause dicuntur, quia esse possunt, alie, quia reverā sunt. Ubi ἐνεργεῖν non potest significare, aliquid agere, sed reverā esse. Nam si id tantum diceretur de causâ efficiente, posset admitti illa interpretatio, idem enim est. causam efficientem reverā esse, quod aliquid agere: at verò dicitur de omnibus causis, quamvis *Aristoteles* exemplum adferat in causâ efficiente: nam paulo inferiùs sic habet: πᾶσι δὲ ἢ ἐνεργεῖν, ἢ ὡς δυνάμει, id est, omnium causarum genera, aut quia reipsâ sunt, dicuntur esse, aut quia esse possunt. Quid igitur est materiam ἐνεργεῖν? non sanè agere, cum nullum prorsus habeat actionem, sed reipsâ causam esse. Ut as, antequàm

ex eo fiat
verò stat
teria. H

Effectu

I. Ita
est. At d
calor.

II. I
est creat
Verâ su
interpos
est extin
ca cor:
ebullitio
quàm ca

III. E
prædicat
est, simp
simplici
strina e
I. prior.

Quic
cia
At qu
di
in

ex eo fiat statua materia est statua potestate, facta
verò statua dicitur egypti, hoc est, reverà esse ma-
teria. Hæc Monlorius

REGULA III.

*Effectus non prædicatur de sua causa, nec vi-
ce versa, causa de effecto.*

I. Ita Deus mundi, Sol caloris causa efficiens
est. At dici non potest: Deus est mundus, Sol est
calor.

II. Inquis I. possum tamen dicere: mundus
est creatus à Deo, calor est productus à Sole, II.
Veræ sunt sequentes propositiones: Eclipsis est
interpositio terræ inter Solem & Lunam, tonitru
est extinctio ignis. Ira est ebullitio sanguinis cir-
ca cor: At interpositio terræ eclipsis, & sanguinis
ebullitio iræ causa est, sicut ignis extinctio tan-
quàm causa tonitru ponitur.

III. Resp. bifariam potest aliquid de aliquò
prædicari, in recto, & obliquo, In recto prædicari
est, simpliciter prædicari, in obliquo verò non
simpliciter; sed tantùm secundum quid, quæ do-
ctrina est conveniens iis, quæ scribit Aristoteles
I. prior. c. XXXVII. Et ratio est:

Quicquid prædicatur, est prædicatum enun-
tiationis.

At quod prædicatur in obliquo, non est præ-
dicatum enuntiationis, licet contineatur
in prædicato, vel sit pars prædicati.

L

Ere

Ergò id, quod prædicatur in obliquo non prædicatur.

Major ex terminis nota est, Minor patet; Qui liber enim vel mediocriter Logices gnarus dicit, hujus prædicationis: *Mundus est creatus à Deò*, prædicatū esse: *creatus à Deò*: id autem, quod significatur hóc Ablativò: *Deò* vel *à Deò*, non esse prædicatum; sed tantum in eò includi. Eadem ratio est alterius enunciationis. Regula itaque loquitur de prædicatione simpliciter, quæ est in rectò, non de eâ, quæ in obliquo, quia ut dixi, id, quod in obliquo prædicatur, non reverâ prædicatur.

IV. Alterum quod attinet, illustris Zabarella *Lib. I. de med. dem. c. IX.* dicit: causas illas prædicari de suis effectibus non ut causæ sunt, sed ut sunt definitiones. At causam de effectu prædicari non posse in casu recto, ut est causa, posse nihilominus, ut est definitio.

V. In quâ responsione nos non acquiescimus, propterea, quod allatarum in argumento secundo §. II. propositionum prædicata non aliâ ratione definitiones sunt, quàm quâ sunt causæ. Si ergò non prædicantur in recto, ut sunt causæ, nec prædicantur ut sunt definitiones.

VI. Nos respondemus, illas prædicationes esse improprias. Sermo autem nobis hic est de prædicatione propriâ.

VII. Sed nec dum omne dubium sublatum est.

Nam

Nam t

causâ p

hæc est

On

On

E.

At in

qui hic

risibile,

IIIX.

adhiben

& exteri

utimur,

quomo

cuntur.

sed etia

terna di

jectum,

aus resp

ealoris,

do effe

quomo

cendo, a

utrumq

ctis sign

primatu

rio inter

externa

sicut ne

Nam cum dico: *rationale est risibile*, effectus de causâ prædicatur in recto, quod probatur, quia hæc est demonstratio:

Omne rationale est risibile.

Omnis homo est rationalis.

E. Omnis homo est risibilis.

At in omni demonstratione terminus medius, qui hic *rationale* est, est causa, & major, qui hic *risibile*, est effectus.

IX. Respondere possumus bifariam: Primum adhibendo distinctionem inter causam internam & externam, (cujus distinctionis membris ita utimur, ut non solum dividunt causam in genere, quomodo materia & forma causæ internæ dicuntur, omnes autem finales & efficientes externæ; sed etiam, ut dispeſcunt causam efficientem, & externa dicitur, quæ producit effectum extra se & subjectum, in quo ipsa est, qualis causa est architectus respectu domus, ignis vel calor ejus respectu caloris, quæ in aquâ producit; interna verò, quando effectus in eo subjecto existit, in quo est causa, quomodo ratio est causa risibilitatis; & simul dicendo, aliud esse, loqui de causâ & effectû, si vel utrumque, vel alterum saltem vocabulis abstractis significetur, aliud si utrumque concreto exprimat. Quando prius fit, non datur prædicatio inter causâ & effectum, siue causa interna sit, siue externa, ut, ratio vel rationalitas non est risibilitas, sicut nec rationale in concreto est ipsa risibilitas,

L 2

nec

nec ignis vel calor ignis est calor in aquâ ab igne productus. Posterius autem quando fit, inter causam & effectum omninò locum habet prædicatio, saltem si causa sit interna, & sic verum est, si dicitur, rationale est risibile.

IX. Et ratio diversitatis est, quia in posteriori casu id, quod significatur per voces causæ & effectus in rectò, est unum idemque, ut rationale est animal habens rationem, & risibile, animal habens potentiam ridendi: unum autem idemque animal est, quod rationis particeps est, & potentia ridendi. At quocumque aliqua ita se habent (sive causa & effectus sint, sive quæcunque alia inter ea habitudine intercedat) ut id, quod in rectò significant, una sit & eadem res, tunc illorum unam de alterò in rectò prædicari aptum est, quia scilicet τὸ εἶναι ἴδι τὸ συγκείσθαι καὶ ἐν εἰναι esse (per quod verbum fit prædicatio sive enunciatio affirmativa) est componi atque unum esse. IX. Met. 1. 21. Hinc rectè dicitur: album est dulce; quia utrumque in rectò significat idem subiectum. Est enim album res affecta albedine, & dulce est res affecta dulcedine. Sed datur una eademque numero res, quæ utrâque affecta est, ut lac. Quando verò id, quod in rectò aliqua significant non est unum, sed duo diversa, quod fit tunc quando aliqua, licet fortassis in eodem quidem subiecto sint, abstractis tamen vocibus significantur, ut albedeo & dulcedeo. Utrumque enim si

gnificatur
tas albe
Subjectu
gnificatur
si unum
albedo
ficantur
lac verò
tatem A
dem eni
bedo est
Idem al
trumque
recto sig
si sint se
non est
nomen
est Ene
sunt, i. e
duo, illa
debent,
ἀλλὰ τὸ λ
enunciat
se, t. cit.
c. II. τὸ μ
μῶν ἐστ
at enim
divisio
X. H

gnificat qualitatem in recto, sed non est eadem qualitas albedo, & dulcedo, sed sunt qualitates diversae. Subjectum autem; quod idem esse potest, v. g. lac, significant, tantum in obliquo. Eadem ratio est, si unum abstractum sit, alterum concretum, ut albedo & lac. Namque & hic, quae in recto significantur diversa sunt. Albedo enim est qualitas, lac vero est substantia & subjectum habens qualitatem. At subjectum & qualitas ejus non sunt eadem entitas. Hinc falsae sunt praedicationes: *albedo est dulcedo, albedo est lac, vel lac est albedo.* Idem asserendum, quando concretis quidem utrumque exprimitur vocibus, ea tamen, quae in recto significantur, non sunt unum, sed plura, ut si sint separata, v. g. *Aeneas genuit Ascanium, sed non est Ascanius, quia, licet in recto utrumque nomen significet hominem; alius tamen homo est Aeneas, alius Ascanius.* Quae igitur ejusmodi sunt, i. e. quae in recto non unum significant, sed duo, illa non affirmari, sed negari de se invicem debent, quia τὸ μὴ εἶναι (ἔστι) τὸ μὴ συγκεῖσθαι, ἀλλὰ πλείω εἶναι, non esse (per quod verbum fit enuntiatio negativa) est non componi, sed plura esse, t. cit. Cui loco geminus est textus L. VI. Met. c. II. τὸ μὲν γὰρ ἀληθές τὴν κατὰ Φασιν ἔστι τὸ συγκεῖσθαι μύρων ἔχει. τὸ δὲ ἀπὸ Φασιν ἔστι τὸ διηρημένων, habet enim verum affirmationem in conjunctis, in divisivis negationem.

X. Huc pertinet, quod objicitur, Deum esse

L 3

cau-

causam efficientem hominis, cum tamen in mysteriis fidei Christianæ Deus sit homo. Non enim id regulæ adversatur; propterea, quod propter unionem personalem in Christo, id, quod Deus in recto significat, & id, quod homo, est unum, & idem, nempe persona ἡ λόγος, cum Deus & homo una numero sint persona.

XI. Verum superior determinatio nondum, rem planè expedire videtur. Dicimus enim rectè, *ignis calefacit, liquefacit, plumbum scilicet vel coram & c.* cum tamen ignis calefactionis & liquefactionis causa efficiens non interna, sed externa sit; siquidem hi motus non in igne sunt; sed extrinsecum in patiente. Ergò non tantum effectus in concreto prædicatur de causa internâ, sed & de externâ. Idem patet, cum dicimus, *ædificator ædificat.*

XII. Responderi potest, effectum esse duplicem, *rem scilicet productam, que per actû actione subsistit*, ut domus vel calor aquæ ab igne per calefactionem productus, & *ipsam fieri rei, vel motum, aut actionem ipsam*, ut ædificatio, calefactio. Prior de causâ non prædicatur. Non enim ædificator est domus, neque rectè dico, ignis est hoc calidum, monstratâ aquâ, quam ignis calefecit. Posterior prædicatur in concreto, ut probat argumentum §. præced. cujus causa est ea, quæ §. IX. fuit assignata. quod nimirum effectus hujus, modi voce concreta activâ expressus, quantum ad

id, quod ipsâ causator &

XIII. modus a mirum in subjectu constat, habens n habens r cit: res h tem. At t benti r & res ha sed unu Reg I. L

XIV.

onem, p quo, ve jus extre fit, cum ratione hic est c ignis cal ædifica ædifica factus ig lefacier Ergò ne effectus

id, quod in recto significat, est numero idem cum ipsâ causâ, sicut ignis & id, quod calefacit, ædificator & is, qui ædificat, idem est.

XIII. Non de est tamen & alius respondendi modus ad ea, quæ §. IV. adducta sunt, quod nimirum in hac propositione: *rationale est risibile*, subjectum non sit causa prædicati; idque inde constat, quod rationale nihil aliud est, quàm res habens rationem; risibile nihil aliud, quàm res habens risibilitatem. Unde illa propositio hoc dicit: *res habens rationem, est res habens risibilitatem*. At res habens rationem non est causa rei habentis risibilitatem, quia res habens rationem, & res habens risibilitatem, est una eademque res: sed unum idemque non est causa sui ipsius, per
Reg. I. Disp. IV.

XIV. Purò autem, sufficere ad demonstratorem, prædicationem effectus de causa in obliquo, vel causam & effectum per medium & majus extremum importari, & in iis contineri, quod fit, cum dico, *rationale est risibile*, sive *res habens rationem est res habens risibilitatem*. Ratio enim hic est causa risibilitatis. Idem dicendû de hisce: *ignis calefacit, ædificator ædificat, rø calefacit & rø ædificat* idē sunt, quod *rø est calefaciens & rø est ædificans*, per *V. Met. c. VII.* Calefaciens nõ est effectus ignis, nec ædificans ædificationis, cum calefaciens sit ipse ignis, & ædificans ipse ædicator. Ergò nec in positis propositionib; prædicata sunt effect; subjectorú: effectus autē, calor, ædificium

vel etiam calefactio, a edificatio, verbis *calefacit, edificat* includuntur vel inferuntur.

XV. Objicis iterum: Causa non prædicatur de effectu, vel effectus non est causa. Causa efficiens sive generans Ascanii est homo, nempe Æneas. Æ. Ascanius non est homo. Quæ conclusio cum falsa sit, minor vera, majorem falsam esse necesse est.

XVI. Respondeo: Causa non prædicatur de effectu, aut vice versa, nomine proprio vel individuum significante; prædicatur tamen specifico nomine, ut quando causa est univoca, quia ipsa & effectus non sunt idem numero, sunt tamen idem specie, ut Ascanius non est Æneas, est tamen homo, sicut ejus pater Æneas est homo: quando autem est æquivoca, inter eam & effectum interdum datur prædicatio sub nomine generico, ut rana à Sole genita nõ est Sol, est tamen substantia, sicut Sol est substantia; interdum autem ne sub nomine generico quidem prædicatio datur, ut si causa significetur nomine substantiæ, effectus vero sit accidens. Hæc enim nullum genus commune habent. Unde dici potius debet in superioribus illis propositionibus aliquid, quod de causâ prædicatur, prædicari quoque de effectu, & vice versa, quàm causam prædicari de effectu aut vice versa. Istæ enim prædicationes: *Ascanius est homo, rana est substantia*, non sunt causæ de effectu, sed prior, speciei est de individuo, posterior, generis de specie.

XVII.

XVII.
cere ill
sit causa
non eff

I. E
quædam
t. 30. E
in causa
fitione
lat enic
causa fi
le ipse,
causa e

II. C
causæ b
sive sec
ratione
nem eff
salitate
quoad
II. Phy
stotelis
tet, qui
est agen
ad agen
quom
est, qui

XVII. Ex quibus etiam patet, non plus efficiere illos, qui attem esse habitum negant quod sit causa habitus, quam si quis colligat, Æneam non esse hominē, quod sit causa efficiens hominis.

REGULA IV.

Causa sunt sibi invicem Cause.

I. Ἔστι τὸ τινα καὶ ἀλλήλων αἰτία. *Sunt etiam quedam sibi invicem cause,* ait Philosophus II. t. 30. & V. Metaph. c. II. Idque manifestum est in causa finali & efficiente, per quas illam propositionem Aristoteles quoque declarat. Deambulat enim aliquis sanitatis causa, & sic sanitas est causa finalis, quod deambulet, cujus sanitatis ille ipse, qui deambulat, per hoc quod deambulat causa efficiens est.

II. Ceterū cūm aliquid esse causam alicujus causæ bifariam dicatur, primò ut res quedam est, sive secundū esse absolutū, deinde ut est causa, sive ratione causalitatis, illud evidens esse videtur, finem esse causam finalem efficientis, quoad causalitatem ejus, efficiens verò esse causam finis, quoad esse ejus, sicut docent Albertus Magnus II. Phys. Tr. II c. VI. & Thomas in cit. locos Aristotelis. Quos sequuntur plures alii. Primum patet, quia actio aut causalitas efficientis, per q; eam est agens sive efficiens formaliter. Movetur autem ad agendum à fine estque finis causa, propter quod actio est. Secundum quoque manifestum est, quia finis, quando movetur agens vel efficiens

ad agendum, nondum est, sed postmodum efficitur. Quod ipsum de fine *cujus* intelligendum est, non de fine *cui*. Hic enim præexistit, neque ab agente efficitur, quemadmodum finis *cui*, actus medendi est æger, qui à Medicò & medicamentis non efficitur, sed præexistens fini *cujus*, nempe sanitati restituitur.

III. Dicis: Neque finis *cujus* semper efficitur, sed sepè iam ante existit, quæ res clara in puellâ, quæ finis est proci. Quæ causa est, quod finis vulgò duplex constituatur, efficiendus & obtinendus.

IV. Resp. Esse puellæ non est finis ejus, qui conjugium ipsius ambit, sed possessio & fruitio. Licet igitur puella sit tunc, quando quis eam procat, nondum tamen ejus est possessio & fruitio, sed hæc demum sequuntur. Eadem ratio est reliquorum, quæ dicuntur fines obtinendi.

V. Suarez *disp. Met. XXVII. s. II.* finem esse, causam efficientis cujusdam secundum esse ut actum intelligendi esse causam finalem intellectus, imò universim potentiam esse operationis gratiam, asserit, & rem imprimis evitentem esse putamus exemplò medicamentorum, quæ sanitatem efficiunt, propter quam, tanquam causam finalem facta sunt.

VI. Materia quoque & finis sibi invicem cause esse possunt. Materia enim est propter compositam, tanquam propter causam finalem, quod compositum vicissim ex materia constituitur.

Ita

Ita late
cissim i
pidum
ait Ari
res quo
sim illa
tia dist

VII
ma, &
esse aff
est illi
statuu
ri vide

X.
ter ma
ex eò,
rum, p
tet ex
argun
terit e

IX.
II. ph
mater
stum
simus

X.
sibi in
re jan
sita ha

Ita lateres & lapides sunt materia domus, quæ vicissim ipsorum finis est. Non enim domus est lapidum aut laterum gratia, sed hi sunt gratia illius, ait Aristoteles II. de part. anim. c. I. Partes similes quoque sunt materia dissimilium, quæ vicissim illarum fines existunt; sunt enim similes gratia dissimilium, ut iterum *ibid.* Philosophus dicit.

VII. Imò & materiam causam materialem formæ, & formam vicissim causam finalem materiæ esse asserit Suarez: quorum prius indubitatum est illis, qui formam è potentiâ materiæ educi statuunt, posterius t. 37. Lib. II. de anima fundari videtur.

X. Existimârit fortassis aliquis, mutuam inter materiam & finem causalitatem ostendi posse ex eò, quod conclusio est causa finalis præmissarum, præmissæ verò sunt materia ejusdem, ut patet ex II. *Phys.* t. 31. 74. 89. 90. Verùm quid de hoc argumentò sentiamus, non difficulter colligi poterit ex iis, quæ *S. ult.* afferentur.

IX. Nec obesse nobis hîc arbitramur *c. ult. L. II. phys.* ubi docetur, finem esse causam materiæ, materiam verò non esse causam finis: quamvis istum locum non hîc, sed infra in *Tit. de materiâ* simus consideraturi.

X. Idem Suarez materiam quoq; & formam sibi invicem causas esse asserit. Sed nobis hâc de re jam agere nõ placet. Et videntur ea quæ exposita hæcenus sunt, sufficere, imprimis cum Philosophus

Sophus

sophus non dicat, *omnes causas aut omnia causarum genera invicem causas esse*, sed tantum *quædam*, inquit, *sunt sibi invicem causæ*. Id verum est, mutuam causalitatem intercedere nec efficienti cum materiâ aut formâ, neq; inter quascunque causas ejusdem generis.

XI. Suaretz negat, mutuam inter formam & finem intercedere causalitatem. Argumentum ejus est, quod forma consideretur vel ut est finis generationis, vel ut ordinatur ad aliam formam ut finem: sed neutro modo inter finem & formam mutuam exerceri causalitatem, probat. Verum quicquid de re ipsâ sit, argumentum ejus nullum est, quia potest dari tertium disjunctionis membrum. Dixerit enim quis, formam considerari posse quoque respectu compositi, cujus est causa formalis, & ut materiam, ita & formam referri ad compositum, ut ad finem. Probationem utriusque membri Suaretzianam afferri nihil attinet, cum ostensum jam sit, propositionem esse morbidam.

XII. Causas ejusdem generis non esse sibi invicem causas, ut efficiens non posse esse causam efficientem sui efficientis, neq; materiam causam materialem suæ materiæ, &c. ex loco Aristotelis §. I. cit. confirmari posse docent, quod ibi dicat Aristoteles, *quasdam esse sibi invicem causas, sed non eodem modo*. Verba hæc sunt: *Sunt etiam quedam sibi invicem causæ, ut labor est causa firmæ corpore*

corpore
di, non t
illud au

XIII
termin
spicere
poris
de pro
sas ejus
quàm
simam
lius, q
mæ §.

XI
causæ
quidem
tem, q
psum
pfo, o

XV
& plu
teria
Sed co
quate
tanqu
stio a
tantum
& pro
gò qu
nere,

corporis constitutionis, atq; hæc est causa laborandi, non tamen eodem modo, sed hoc est causa ut finis, illud autem ut principium motus.

XIII. Verùm nemo non intelligit, illam determinationem, non tamen eodem modo, non respicere nisi istud exemplū de labore & firma corporis constitutione. Nec video, quomodo inde probari queat, in univèrsū non posse causas ejusdem generis sibi invicem esse causas: quam certè res ipsa certissima est, ejusque firmissimam probationem vide apud Suarez, ut & illius, quod de efficiente respectu materiæ & formæ §. II. X. asseruimus.

XIV. Dicis I. si quædam sunt sibi invicem causæ, idem erit eodem prius & posterius; prius quidem, quatenus est illius causa, posterius autem, quatenus illud vicissim ipsius est causa, & ipsum est illius effectus; imò idem prius erit seipso, quoniam prius priore est prius posteriore.

XV. Dicis II. vapores sunt materia pluviarum, & pluvix vicissim vaporum. Præmissæ sunt materia conclusionis, ut ante vidimus ex Aristotele. Sed conclusio est vicissim materia præmissarum, quatenus ex quæstione unà cum termino medio tanquam materia præmissæ constituuntur: quæstio autem & conclusio non materia, sed *ἁπλοῦς* tantum differunt, quemadmodū de propositione & problemate asserit Aristoteles I. Top. c. IV. Ergò quædam sunt sibi invicem causæ in eodem genere.

XVI.

XVI. Ad I. dicimus, finem, ut actu est in re-
rum naturâ, esse effectum, & posteriorem aliis
causis, posteriorem, inquam, tempore vel ordine
naturæ generantis; ut verò esse suum potentia ob-
ginet, vel etiam ut habet esse cognitum sive obje-
ctivum in intellectu, esse causam, & illis priorem
& quidem in ordine naturæ intendentis. Quin
secundum esse cognitum, aut ut est potentia, est
prior seipsò quoad esse reale. Absurdum est, idem
esse tum aliò, tum seipsò & prius & posterius se-
cundum idem esse & eòdem prioris & posterioris
genere; diversò autem genere, aut secundum esse
diversum inconueniens non est.

XVII. Ad II. dicimus, non esse eosdem nume-
rò vapores, qui ex pluvia efficiuntur, cum iis, qui
sunt ejusdem materiæ, uti patet. Idem censemus
dicendum de terminis quæstionis vel conclusio-
nis & præmissarum. Cum enim in conclusione,
& præmissis fiat repetitio eorundem terminorum;
quomodo sunt iidem numero termini? Accedit,
quod nec quæstio, nec conclusio sint eadem nume-
rò oratio, nec iisdem numerò consent termi-
nis. Quando autem Philosophus affirmat, qua-
dam sibi invicem causas esse, id vult, nempe ean-
dem numerò rem, quæ aliam causat, ab eadem
vicissim causari.

REGULA V.

Cause possunt coincidere

I. Ita philosophus II. de anim. t. 36. docet, a-
nimam esse causam in triplici causarum genere.

REM-

nempe
respect
quod c
constit
niam n
nimæ,
Efficien
tibus e
nis, acc
eander
nalem
men re
quæ est
veram

14. & 2
cit, fo

II.

mero
re. At
ma & f
se pote
eandé

III.

qui de
ejus. H
& finis
forma
at prin
ipsa ej

nempe formam, finem & efficientem. Forma est respectu corporis viventis, ut plantæ, animalis, quod cum materia tanquam actus cum potentiâ constituit. Finem esse, ait, respectu materiæ, quoniam nimirum partes corporis animati gratiâ animæ, tanquam ejus instrumenta, factæ sunt. Efficiens est operationum vel motuum, qui viventibus competunt, ut motus progressivi, nutritionis, accretionis, actus sentiendi, &c. Patet igitur eandem numero rem causam esse formalem, finalem & efficientem, si non eodem, diverso tamen respectu, sicut ex dictis patet. Imò formam quæ est principium corporum naturalium, universalem docet esse finem generationis, *II. Phys. t. 14. & 23. & V. Metaph. t. 5. Text. 70. II. Phys. dicit, formam finem & efficiens sæpe in unum coire.*

II. INQUIS: Modò dictum est, eandem numero rem tria illa causarum genera denominare. At in *jam cit. t. 70.* id traditur tantum de forma & fine, dum una numero res forma & finis esse potest. Causam efficientem verò cum hisce rem eandem specie quidè, non tamè numero esse, dicitur.

III. Respondeo, in *cit. textu* Aristotelem loqui de eodem numero effectu, & generatione, ejus. Hoc modo eadem numero res est & forma, & finis quemadmodum eadem numero anima est forma Bucephali, & finis generationis ejusdem; at principium effectivum Bucephali non est illa ipsa ejus anima, sed anima alterius equi, qui ipsum

ipsum genuit. Hisce tamen non obstantibus anima Bucephali est principium effectivum in generando alio equo.

IV. Sed quæri potest, an & materia cum fine & reliquis causis possit coincidere? Quod negandum videtur. Si enim id fieri quoque posset, cur Aristoteles omisâ materiâ de tribus tantum causarum generibus affirmâset?

V. Monlorius *in præfat. in prior. Anal. de fine & materiâ circa quam, & quidem ejusdem rei, affirmat. Docet enim, argumentationem Logicæ esse & materiam & finem. Neque obstat, inquit, quod dicit Aristoteles II. Phys. materiam & finem non posse unum & idem esse. Nam materia ex qua quippiam efficitur, de quâ ibi agit Aristoteles, diversa est à fine ejus effectivis. Argumentatio verò non est ejusmodi materia Logicæ, sed in quâ versatur Logica, & de quâ efficiendi tradit præcepta. Cui sententiæ cur non calculum nostrum adjiciamus, non videmus.*

VI. Existimamus insuper, id asserendum esse de materiâ in quâ, vel ut sumitur pro subjecto formarum accidentalium, & id quoque eodem respectu, ut homo est & subjectum actus medendi & finis cui. Imò non veremur statuere, omnia quatuor causarum genera eandem rem denominare. Eadem enim anima rationalis est causa formalis hominis, & finis generationis, efficiens quoq; & materia in quâ est actuum suorum ut & habituum.

Dispu.

jus: Præ
causa.
est, id cum
dicimus.
ut idem
tem id no
II. Q
tis tantum
cum For
generibus
mâ, in q